

quæ tamen habentur : quia iucunditatem legentibus afferunt : & uitæ hominum utilitatem non mediocrem tuo in nomine feci latinas ḡc. ḡc.

(*Et plus bas :*) Vita Aesopi per Rynucium thettalum ' traducta. Verum quoniam ab eo non nulla fuerūt praetermissa : fortassis quia graecus eius codex esset minus emendatus : Ego Bonus accursius Pisanus : eadem in ea omnia correxi : & emendaui.

(*Vient ensuite une seconde épître au même questeur ducal, dont le nom figure en tête de celle par laquelle débute le volume :*)

Bonus Accursius Pisanus doctissimo ac sapientissimo ducali Quæstori Iohanni francisco Turriano salutem plurimam dicit.

(i)N superiore codice : ut nosti : imprimi curauimus uitam & Aesopi fabulas græcis & litteris & uerbis : subdidimusque earum interpretationem secundum Rynucium Thettalum uirum mea sententia & doctum & disertum. Nunc uero quo maior ad liberos tuos ac facilior aditus sit ad utranque linguam & græcum & latinam : quasdam electiores fabulas, quæ in communi sunt nostrorum hominum usu : ita singillatim in eisdem paginis informari curauimus : ut in eodem latere habeatur ex dextera parte græcus ex sinistra autem latinus sermo . hoc enim pacto uerbum quasi uerbo respondebit sine longa inquisitione. Nihil enim prætereundum existimaui : quo tibi gratum fore sim arbitratus . nec præteribo unquam aliquid : quod aut ad tuam dignitatem aut ad tuorum utilitatem conducturum pulem. Vale. (*Suit le choix de fables en grec et en latin, lequel se termine par :*)

ΤΕΛΟΣ ΤΩΝ ΤΟΥ ΑΙΣΩΠΟΥ ΜΥΘΩΝ .
FINIS AESOPI FABVLARVM.

(*Puis au-dessous :*) Bonus Accursius pisanus impressit : qui non doctorum hominum sed rudium ac puerorum gratia hunc laborem suscepit.

1. Malgré cet ethnique, Rynucius n'était pas Thessalien, mais d'Arezzo. Voir Apostolo Zeno, *Dissertationi Vossiane*, t. II, p. 210 et suiv.

